



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
propriarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

González Téllez, Emanuel

Francofurti Ad Moenum, 1690

Caput XI. Idem Archiepiscopo, & majoris Monasterii, & Sancti Juliani
Abbatis a Turon.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74544)

cutioni capitalis sententiæ, aut effusioni humani sanguinis, Concil. Altiſſod. can. 34. ibi: *Non licet Presbytero, nec Diacono ad trepalium, ubi rei torquentur stare, Et can. sequenti, Concil. Matifcon. 2. can. 19. Cognovimus etiam, quosdam Clericorum infrunito ad forales reorum sententias frequenter accedere. Propterea prohibitionis eorum accessus hunc canonem protulimus, desinientes, ut ad locum examinationis reorum nullus Clericorum accedat, nec interſi atrio ſauciolo, ubi pro reatu sui qualitate quæſpiam interſiciendus eſt, ſi tamen nunc aliquis eorum deſinita contemnens illuc acceſſerit, aut interſuerit, deſraudatus honeſti honoris ſtola illis gregibus examinatum ſocietur, quos divinis prætulit mysteriis. Illustrat Theoph Rayn. to 13. in tr. de Religioſo loricato, fol. 202.*

i Pontificale officium.] Nam ſuſpenſio hæc perpetua erat, nec Pontificale officium exerceri poterat ſine Sacerdotio, aliàs ſuſpenſus ab officio non eo ipſo eſt ſuſpenſus à beneficio, ut probat latè Gibalinus de cenſur. diſquiſit. 7. part. 3. quaſt. 12. Aliquando verò Epif opus prohibetur munia Sacerdotalia obire non verò Pontificalia, & quæ ad Epifcopatus ordinem ſpectant. Concil. Aurel. 3. can. 6. 15. & 25. Aurel. 4. can. 10. Aliquando privatus omni iurisdictione, & munere Epifcopali honorem, & locum retinebat. Concil. Ancyran. can. 1. ibi: *Honorem quidem Sedis eos retinere, offerre autem illis, & ſermonem ad populum facere, aut aliquibus ſacerdotalibus officiis fungi non liceat. Et can. 2. Concil. Nicæn. 1. can. 8. Qui à Cathariſ vocatur Epifcopus, Presbyteri honorem habeat, niſi forte placuerit Epifcopo nominis cum honore cenſeri.* Concil. Tolet. 11. can. 2. in epiſtola ſynodica, quæ extat apud Theodoretum lib. 1. cap. 9. legitur: *Placuit Synodo Meleſium in ſua civitate manere, poteſtatem autem nullam habere, vel quemquam ordinandi, vel cuiquam*

manus imponendi, ſolum verò honoris nomen retinere. Illustrat Juſtel in not. ad can. 131. Eccleſia Afric. Gibalinus de cenſur. diſquiſit. 7. q. 12. conſect. 4.

COMMENTARIUM.

NON ſolum prohibitum eſt Eccleſiaſticis vitis ſententiam ſanguinis proferre, ut probavi latè in cap. ſententiam, ne Cleric. vel monach. verum & quolibet modo cauſæ ſanguinis ſe immiſcere, cap. Clericis, eod. tit. cap. his a quibus, 23. quaſt. 4. Undè nec in ea conſilium præſtare, nec patrocini-um tanquam advocati dare poſſunt, cap. final. ne Cler. vel Monachi, lib. 6. Molina tra. de juſtit. diſp. 8. num. 2. & ſi ad eos iurisdictione temporalis ratione alicujus caſtri, vel loci pertineat, poſſunt cauſas ſanguinis committere iudicibus laicis, non modò univerſè, verum & ſigillatim hanc, vel illam, ut ſtatuant quod in ea juſtum fuerit, diſt. cap. final. tamen prohibentur dicto, vel factò movere iudicem ad inferendam reo mortem, aut mutilationem, quod ut enorme inſectatur Petrus Bleſenſis epiſt. 42. illis verbis: *Illud cœleſtem exaſperat iram, & plerique diſcrimen æterne damnationis accumulat, quod quidam Principes ſacerdotum, & ſeniores populi, licet non dicunt iudicia ſanguinis, eadem tamen tractant, diſputando, & diſceptando de illis; ſed ideo immunes à culpa reputant, quod mortis, aut truncationis membrorum iudicium decernentes, à pronuntiatione dumtaxat, & executione pœnalis ſententiæ ſe abſentant: ſed quid hac ſimulatione pernicioſius eſt Nunquid diſcutere, & deſinire licitum eſt, quod pronuciare non licet?* Undè in præſenti caſu Epifcopus licet iudici laico committere poſſit cauſam ipſius furis, tamen graviter peccavit, non ſolum præſentia ſua auctoritatem præſtando capitalis ſententiæ, verum & conſilium præſtando in ejus prolotione.

CAPUT XI.

Idem Archiepiſcopo, & majoris Monafterii, & Sancti Juliani Abbatia a Turon.

INTER dilecti filii B. & P. Choët Canonicoſ Pictavienſes ſuper ſuccentoriâ Pictavienſis Eccleſiæ quaſtione ſubortâ, eorum uterque coram nobis ſimuliter aſſerebat, ſuccentoriam ipſam per Pictavienſem Cantorem, ad quem ejus donatio pertinebat, canonicè aſſequutum. Et infra: Nos igitur utriuſque partis atteſtationibus diligenter inſpectis invenimus, evidenter eſſe probatum, eundem P. publicum e aleatorem eſſe, vel uſurarium d manifestum, utpote qui xi. denarios pro xii. publicè mutuarat in ludo. Undè licet ad palliandum tantæ præſumptionis exceſſum propoſuerit idem P. quod hoc fecerat juxta Gallicorum conſuetudinem Clericorum, quâ Clerici ſerè univerſi mutuam ſic frequenter, & ludunt: Nos tamen, qui ex officii noſtri debito peſtes hujusmodi extirpare proponimus, atque ludos voluptuoſos, occasione quorum ſub quadam curialitatis imagine ad diſſolutionis etiam materiam devenitur, penitus improbamus, excuſationem prædictam, quæ per pravam conſuetudinem, quæ dicenda eſt corruptela potiùs, palliatur, frivolam reputantes; cum in illis magis plectibilis ſit offenſa, per quos ad excuſandas excuſationes in culpis delinquendi auctoritas uſurpatur: quod quia circa eundem P. de ſuccentoria prædicta factum eſſe dignoſcitur, propter indignitatem, & inutilitatem ipſius duximus irritandum, cum perſonis vili- bus, & indignis portæ dignitatis e patère non debeant, juxta legitimas ſanctiones. Præterea contra præſatum B. manifeſtè fuit probatum, quod de conſcientia iudicum Prædictorum Bituricen. ultima clauſula inſerta non fuerat in literis eorundem, ſicut in ipſorum depoſitionibus exprimitur evidenter. Robertus verò Diaconus ad hoc

Qq 4

probandum

probandum testis inductus, illud idem deposuit, & adjecit, quod cum deberet eandem literas sigillare, diligenter inspexit, nec eandem clausulam appositam tunc invenit: unde pars altera proponebat, quod cum prædictus B. scienter usus fuerit literis sic falsatis, debeat merito tanquam falsarius omnino repelli. Verum nos attendentes, quod et si constaret evidenter, quod dicta clausula literis illis fuisset apposta præter conscientiam iudicum prædictorum: quia tamen fides nobis facta non fuit, quod dictus B. illam clausulam apposuerit, vel procuraverit, ut ab alio poneretur: vel etiam, quod scienter usus fuerit literis sic falsatis, ab huiusmodi falsatis objectu eundem duximus absolvendum, maxime cum postquam hoc sibi objectum fuerit, prætermisit penitus uti eis. *Et infra:* Cum igitur per depositiones saltem duorum testium, qui nullatenus reprobati fuerunt, nobis constiterit evidenter, quod concessio Petro facta præcesserit, quamquam propter indignitatem ejusdem P. meruit reprobari, concessionem tamen postmodum Boccando factam, irritam decernimus, & inanem. Quia verò actor, ad quem ipsius succentoriæ donatio spectare proponitur, ut de ipsius g perjurio taceamus, adeò tamen inconstanter se habuit in hoc facto, ut sicut præmissum est, primâ donatione non reprobata, secundam facere attentaret, & dignum sit, ut in eo quis puniatur, in quo visus est h deliquisse, in hoc ejus duximus varietatis inconstantiam puniendam, ut concedendi succentoriam ipsam hac vice nullam habeat facultatem: præsentium vobis auctoritate mandantes, quatenus eandem auctoritate nostra suffulti, sub. ap. ob. personæ idoneæ assignetis.

NOTÆ.

- i. a **Turonensi.**] Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc titul. cap. 4. utrumque Monasterium, tam sancti Martini, quod Galli vocant majus Monasterium, Yepes tom. 1. chron. D. Benedicti, anno Christi 552. c. 14. quam sancti Juliani, est Ordinis D. Benedicti, ut jam notavi in cap. 14. de offic. deleg. & de Metropoli Turonensi nonnulla adduxi in cap. 5. de tempor. ordin.
2. b **Succentoria Pictaviensi.**] Succentoris officium est, absente Cantore, sive Præcentore, de quo in cap. Cleros, §. Præcentor, 21. dist. incipere cantum in choro: quare in aliquibus Ecclesiis appellatur vicecantor, vulgò *Souchantre*, ut referunt Antonius Fabricius in praxi beneficior. tit. de benefic. cum dignit. num. 57. Petrus Gregor. lib. 15. synag. cap. 22. Ferro Manrique de præcedentiis 9. 30. in fine, Barboza de canonic. c. 9. num. 17. De Pictaviensi Diocesi nonnulla adduxi in c. 20. de rescript.
- c **Alcatorem.**] De quo crimine quia plura

congesti in can. 79. Concil. Illiber. idem in præsententi non repeto.

d **Usurarium manifestum.**] Quinam manifestus usurarius dicatur, & ejus pœnas exposui in ca. 3. de usuris.

e **Paterere non debent.**] L. infamia 8. Cod. de Decur. lib. 10. l. unic. Cod. de infamibus, eod. lib. l. i. ff. ad leg. Jul. de vi public. l. cum Prator 12. ff. de judiciis, l. reus delatus, ff. de muneribus, l. unic. Cod. de rebus postul. lib. 10. l. 6. tit. 7. par. 7. Faciunt Cicero & Tertul. relati à Cuiac. lib. 1. qq. Papin in l. 8. ff. de postul. plura D. Franc. de Amaya in dicta l. unic. Cod. de infamibus.

f **Falsarius.**] Quia literis falsis utens falsarius creditur, ut probavi in cap. 4. de crimin. falsi.

g **Perjurio.**] Unde privandus erat beneficiis jam obtentis, juxta tradita in cap. 4. de rescript.

h **Deliquisse.**] Cap. nemo, de tempor. ordin. lib. 6. & ita eligens indignum pro ea vice eligendi facultate privatur, c. cum in cunctis 7. de elect. ubi commentarium hujus textus dedi.

CAPUT XII.

Idem In Concil. a Lateran.

Accedentibus ad nos de diversis mundi partibus Episcoporum querelis intelleximus, grandes, & graves quorundam Abbatum excessus, qui suis finibus non contenti, manus ad ea, quæ sunt Episcopalis dignitatis extendunt, de causis b matrimonialibus cognoscendo, injungendo publicas c pœnitentias, concedendo d indulgentiarum literas, & similia præsumendo: unde contingit interdum, quod vilescit Episcopalis auctoritas apud multos. Volentes igitur in his & Episcoporum dignitati, & Abbatum providere saluti, præsentis decreto firmiter prohibemus, ne quis Abbatum ad talia præsumat se extendere, si proprium voluerit periculum evitare, nisi fortè quicquam eorum speciali concessionè, vel aliâ legitimâ causâ super his valeat se tueri.

NOTÆ.

- i. a **Lateranensi.**] Ita etiam legitur in quarta collectione, sub hoc titul. cap. unic. & reperitur textus hic in ipso Concilio Lateran. generali celebrato sub Innocentio III. can. 60. de quo nonnulla notavi in cap. 1. de summa Trinit.

b **Matrimonialibus.**] Quorum cognitio spectat jure communi attentò ad Episcopos. Concil. Nicen. 1. can. 51. ibi: *Episcopus uxorem rixosam cum viro in gratiam redire cogat.* Concil. Agath. can. 25. ibi: *Decretum fuit, ut si qui cum uxoribus divortium facere velint, prius apud Provinciales Episcopos*